

Votum.

Qui tandem superest, Hempeli, digne corona
Et Lauro: Medica, quam promeruerunt labores,
Queis tibi Pæoniam dudum scrutaverunt artem,
Queis placuit morbos, horum causasq; latentes
Indagare? brevi conatu, quos volo, dicam:
Sis Doctor felix, agroti sint tibi multi
Fidentes: multos curabis, sed tibi fidant
Est opus: hinc etenim spes est non vana salutis
Ægrorum; Medici tibi sic quoq; dante Iehova
Doctoris titulus maneat tam nomine quàm re.
Annuat his votis divina potentia, Laurus
Ista tibi vigeat florens ad Nestoris annos.
Iam superest, grates resones ad numina quorum
Indultu presens tibi contigit actus honoris.



GRATIARVM ACTIO.

Rectissimè olim Chilon ille, teste Laertio, dixisse
fertur: Beneficii dati oblivisci, accepti meminisse
oportet. Vulgus hominum contra facit: si quid cui
benefecerunt, sine fine prædicant, & sine modo ex-
aggerant: si quid in ipsos collocatum fuerit officii,
mox aut obliviscuntur aut dissimulant, secus faciunt
ii, quibus de meliore luto finxit præcordia Titam?
quibus